conglutinationem: iam omnis conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur; C 72.

fortitudinem: ut (sapientia, temperantia, fortitudo) ab ea (voluptate) nullo modo nec divelli nec distrahi possint; F I, 50

honestum: neque (honestum) a virtute divelli umquam potest; O III, 13.

res: res a natura copulatas audebit errore divellere; O III, 75.

sapientiam, temperantiam: ſ. fortitudinem.

diversus, verſchieden, entgegengeſetzt: alqs: certa .. cum illo, qui a te totus diversus est; A II, 101.

cinguli: e quibus (cingulis) duos maxime inter se diversos ... obriguisse pruina vides; R VI, 21.

naturae: naturas esse diversas; F V, 26.

partes: coniectura omnis ... ingeniis hominum in multas aut diversas aut etiam contrarias partis saepe diducitur; D II, 55.

diversorium ſ. **deversorium.**

dives, reich: A. alqs: interrogati, dives pauper, clarus obscurus sit; A II, 92. (Sextilius) illa hereditate dives ob eamque rem laetus; F II, 55. quod dives, quod honoratus, quod incolumis (esset, gratias dis egit); N III, 87. divitissumum (Midam) fore praedictum est; D I, 78. quis .. divitiorem quemquam putet quam eum, cui nihil desit, quod quidem natura desideret? R I, 28. *po*pulo aliquis unus pluresve divitiores opulentioresque extitissent; R I, 48. P. Crassus cum cognomine dives, tum copiis functus est aedilicio maximo munere; O II, 57. cum externis (commodis) corporis hoc modo comparantur, valere ut malis quam dives esse, [cum corporis externa hoc modo, dives esse potius quam maximis corporis viribus]; O II, 88. neque .. solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis maximeque rei publicae; O III, 63. quae est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? solusne tu dives? ... solusne dives? quid, si ne dives quidem? quid, si pauper etiam? quem enim intellegimus divitem aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, quoi . ; P 42. hunc quo modo ego appellabo divitem, cum ipse egere se sentiat? P 44. neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus; P 45. hoc proposito numquam eris dives ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficietur, ut ..; P 45. iam fateris .. non esse te divitem, cui tantum desit, ut expleas id, quod exoptas; P 45. cui quaesito .. opus sit, quis umquam hunc vere dixerit divitem? P 46. quam (satietatem rerum atque abundantiam) tu quoniam numquam adsequere, numquam omnino es dives futurus; P 47. siquidem, ut quisque, quod plurimi sit, possideat, ita divitissimus ‖ ditissimus ‖ habendus sit ‖ est, possidet, ... est ‖; P 48. uter .. est divitior, cui deest an cui superat? P 49. nos .. divitiores, qui plura habemus? P 50. qua (virtute) praediti qui sunt, soli sunt divites; P 51. ſ. animus; P 44.

amicitia: divitior mihi et affluentior videtur esse vera amicitia ‖ am. vera ‖; Lae 58.

animus: animus oportet tuus se iudicet divitem, non hominum sermo neque possessiones tuae. ... satiatus est aut contentus etiam pecunia; concedo, dives est; P 43. animus hominis dives, non arca, *quae* appellari solet. quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo; P 44.

arca: ſ. animus; P 44.

avari, improbi: inprobi .. et avari ... non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt; P 52.

homo: Mamerco, homini divitissimo, praetermissio aedilitatis consulatus repulsam attulit; O II, 58.

mendicus: Zeno eum (mendicum) non beatum modo, sed etiam divitem dicere ausus est; F V, 84.

philosophia: ita mihi dives (ea philosophia) videbatur, ut ab ea petere possem, quicquid ... concupissem; F V, 96.

sapiens: illi umquam dicerent sapientes solos reges, solos divites, solos formosos? A II, 136. rectius (sapiens appellabitur) dives quam Crassus; F III, 75. regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem; F IV, 7. ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. ‖ [quod solus sapiens dives] ‖; P VI.

vir: qui (Themistocles) cum consuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam collocaret; O II, 71.

B. adrogantia: cedentibus ignavis et inbecillis et adrogantiae divitum succumbentibus; R I, 48.

divexo, herumzerren: »neu relliquias semiesas sireis || semi assi reis, quaeso meas sicris || denudatis ossibus per terram sanie delibutas foede divexarier;« T I, 106.

divido, trennen, teilen, ſcheiden, einteilen, verteilen: I, 1, a, α. doceo de: nihil de dividendo ac partiendo (Epicurus) docet; F I, 22.

β. in: vitiosum est .. in dividendo partem in genere numerare; F II, 26. cum praeterire aliquid maxumum vitium in dividendo sit; O I, 10.

b. verbal: divisit ineleganter; duo enim genera quae erant, fecit tria. hoc est non dividere, sed frangere; F II, 26.

2. alqs: dividunt .. in partes, et eas quidem magnas, primum in sensus, deinde in ea, quae ducuntur a sensibus; A II, 42. sicut facit re, neque tamen dividit verbis; F II, 20. hic si definire, si dividere didicisset; F II, 30. ſ. I, 1, b.

II. acc. c. inf.: ut Epicurus, qui ita dividit: ... naturam esse ..; N II, 82.

III. alqd: ea .. ab iis in naturam et || in || mores dividebantur; A I, 20. quae (partes) infinite secari ac dividi possint, cum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat; A I, 27. ut facile ... omnia ... in reliquum corpus dividantur; N II, 136. terrenum omne dividitur; N III, 31.

aëra: necesse est .. ab iis (duobus generibus) perrumpatur et dividatur crassus hic et concretus aër; T I, 42.

agrum: ſ. **ager,** II, 1. divido (3 St.) S. 110, b.

animal: si omne animal secari ac dividi potest; N III, 29.

animum: (animus) nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest; T I, 71. qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt || [faciunt] ||, alteram expertem; T IV, 10. non posse eum (animum) dividi; C 78.

bona: „nolim", inquit (Piso), „mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat"; T III, 48. diffidat necesse est, qui bona dividit tripertito; T V, 40.

caelum: necesse est (animus) ita feratur, ut penetret et dividat omne caelum hoc; T I, 43. caelum in sedecim partis diviserunt Etrusci; D II, 42. qui (orbes) caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt; D II, 92.

cibum: depulso .. de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo; D II, 57.

coniunctionem: interiorem .. (coniunctionem) cum (deus) in sex partis divisisset; Ti 25.

disputationem: eam .. disputationem tris in partes nostri fere dividunt; N II, 75.

escas: eorum (dentium) adversi acuti morsu dividunt escas; N II, 134.

Europam: »Europam Libyamque rapax ubi dividit unda«; T I, 45. N III, 24.

Fibrenum: divisus (Fibrenus) aequaliter in duas partes latera haec adluit; L II, 6.

genera: vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen; T V, 93.

ignem: »unde ignis cluet mortalibus clam divisus;« T II, 23.

intervalla: quae intervalla item infinite dividi possint; A I, 27.

legem: nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma dividere possumus; L I, 44.

Libyam: ſ. Europam.

ludos: iam ludi publici quoniam sunt cavea circoque divisi; L II, 38.

membra: »membra .. articulatim dividit«; N III, 67.

momenta: quasi (quattuor corpora) partita habeant inter se ac divisa momenta; T I, 40.

naturam: de natura ... ita dicebant || docebant ||, ut eam dividerent in res duas; A I, 24. ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus? A II, 122. iidem .. diviserunt naturam hominis in animum et corpus; F IV, 16. in quos (locos) honesti naturam vimque divisimus; O I, 18.

orbes: in sphaera maximi orbes medii inter se dividuntur; Fa 15. 16. non et sunt in sphaera maximi orbes, et ii non medii inter se dividuntur; Fa 15.

partem: cum (anhelitus terrae) ... eius .. (nubis) tenuissimam quamque partem coeperint dividere atque disrumpere; D II, 44. ſ. alqd; A I, 27.

philosophiam: totam philosophiam tris in partis diviserunt; F IV, 4.

populum: mors Tiberii Gracchi et iam ante tota illius ratio tribunatus divisit populum unum in duas partis; R I, 31.

quaestionem: omnino dividunt nostri totam istam de dis inmortalibus quaestionem in partis quattuor; N II, 3. quoniam quattuor in partes totam quaestionem divisisti; N III, 20.

regna: ut essent ex fabulis tria regna divisa; N II, 66.

religionem: cum .. omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit; N III, 5.

rem: quod .. est definitioni adiunctum, ut res in partes dividatur; F IV, 8.

seniores: seniores .. a iunioribus divisit; R II, 39.

somnia: quo modo ... iidem voltis a dis inmortalibus hominibus dispertiri ac dividi somnia? N III, 93.

vineam: cum .. in quattuor partis vineam divisisset; D I, 31.

vim: ſ. naturam; O I, 18.

dividuus, teilbar: alqd: id .. (materiae genus) interiecit (deus) inter individuum atque id, quod dividuum esset in corpore; Ti 21.

animal: mortale .. omne animal et dissolubile et dividuum sit necesse est; N III, 29.

materia: quae (materia) in corporibus dividua gignitur; Ti 21.

divinatio, Ahnung, Eingebung, Weisſagung: I. **Subject:** adiuvat: quid .. adiuvat divinatio? D II, 20.

admonet: ſ. est; D II, 21. — apparet: ſ. est; N II, 162. — debet: ſ. est; D II, 12.

est: nec .. divinationem, quam probatis, nullam esse arbitror; A II, 126. est .. profecto divinatio, quae multis locis, rebus, temporibus apparet cum [in] privatis tum maxume || in || publicis; N II, 162. philosophorum .. exquisita quaedam argumenta, cur esset vera divinatio, collecta sunt; e quibus ... Colophonius Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit; reliqui vero omnes ... divinationem probaverunt, sed non uno modo; D I, 5. quod praetermissum est in illis libris, ... id est de divinatione, quae est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio; D I, 9. ut et, si divinatio sit, di sint et, si di sint, sit divinatio; D I, 10. similis est haruspicum responsio omnisque opinabilis divinatio; coniectura enim nititur, ultra quam progredi non potest; D I, 24. esse ..

divinationem confitendum est; D I, 71. animi .. integri, non vitiosi est corporis ‖ [corporis] ‖ divinatio. quam quidem esse re vera hac Stoicorum ratione concluditur; D I, 81. 82. nec, si (di) dant vias (ad significationis ‖ significationum; D II, 102 ‖ scientiam), non est divinatio; est igitur divinatio; D I, 83. II, 102. altera divinatio est naturalis, ut ante dixi; quae physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum; D I, 110. haec somniantis est divinatio; D I, 115. equidem sic arbitror, etiamsi multa fallant eos, ... esse tamen divinationem; D I, 124. esse certe divinationem, idque esse omnibus confitendum; D I, 125. haec .. et quaedam eiusdem modi argumenta, cur sit divinatio, ducuntur a fato; D I, 128. ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego; D II, 8. quod ... Carneades quaerere solebat, quarumnam rerum divinatio esset, earumne, quae sensibus perciperentur; D II, 9. quodsi nec earum rerum, quae subiectae sensibus sunt, ulla divinatio est nec earum, quae ..., quarum rerum sit, nihil prorsus intellego; nam aut omnium debet esse, aut aliqua ei materia danda est, in qua versari possit. sed nec omnium divinatio est, ut ratio docuit, nec locus nec materia invenitur, cui divinationem praeficere possimus. vide igitur, ne nulla sit divinatio; D II, 12. animadverti, Quinte, te caute ab iis rebus, quae sensibus aut artificiis perciperentur, abducere divinationem eamque ita definire: divinationem esse earum rerum praedictionem et praesensionem, quae essent fortuitae; D II, 13. talium .. rerum, quae in fortuna positae sunt, praesensio divinatio est; D II, 14. muta definitionem divinationis, quam dicebas praesensionem esse rerum fortuitarum; D II, 19. vultis .. omnia fato; nulla igitur est divinatio; D II, 20. ubi est .. ista divinatio Stoicorum? quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; D II, 21. ita ne divinatio quidem (est), quoniam ea rerum futurarum est; D II, 21. si .. provideri nihil potest futurum esse eorum, quae casu fiunt, quia esse certa non possunt, divinatio nulla est; sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt et fatalia, rursus divinatio nulla est; eam enim tu fortuitarum rerum esse dicebas; D II, 25. „si di sunt, est divinatio; sunt autem di; est ergo divinatio“. multo est probabilius: „non est autem divinatio; non sunt ergo di“. vide, quam temere committant, ut, si nulla sit divinatio, nulli sint di. divinatio enim perspicue tollitur, deos esse retinendum est; D II, 41. nec, si (di) dant vias, nulla est divinatio; D II, 106. extremum *est:* „est igitur divinatio.“ sit extremum, effectum tamen non est; D II, 106. „esse igitur divinationem confitendum est.“ festive et breviter; D II, 107. etiamsi divinationem tibi esse concessero, quod numquam faciam, .. tamen ..; D II, 131. si est divinatio, qualibusnam a perceptis artis proficiscitur? Fa 11. divinationem, quam Graeci *μαντικήν* appellant, esse sentio, et huius hanc ipsam partem, quae ..; L II, 32. non video, cur esse divinationem negem; L II, 32. vgl. II, 1. nego.

nititur: in qua (coniectura) nititur divinatio; D II, 55. ſ. est; D I, 24.

oritur: quid simile medicina ... et divinatio? quae unde oriatur, non intellego; N III, 15.

potest: ſ. est; D I, 24. II, 12. 21.

prodest: si omnia fato, quid mihi divinatio prodest? D II, 20.

proficiscitur: ſ. est; Fa 11.

progreditur: ſ. est; D I, 24.

versatur: versari quandam inter homines divinationem, quam Graeci *μαντικήν* appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum; D I, 1. ſ. est; D II, 21.

videtur: ubi ergo avium divinatio? quae ... ad urbanas *res* ‖ ab urbanis ‖ retenta videtur, a bellicis esse sublata; D II, 77.

ohne Verb: unde porro ista divinatio; N III, 14. ſ. oritur. videtur.

II. **nach Verben:** 1. abduco: ſ. 1. est; D II, 13.

accipio: quod idem facis in divinatione, quam et cernimus ipsi et audimus et legimus et a patribus accepimus; D I, 86.

adhibeo: ad nullam .. earum rerum, quae sensu accipiuntur, divinatio adhibetur. atqui ne in iis quidem rebus, quae arte tractantur, divinatione opus est; D II, 9.

appello: ſ. I. est; L II, 32. versatur.

audio, cerno: ſ. accipio.

confirmo: item .., si sine divinatione non potest officium et munus divinationis exstare, potest autem quis, cum divinationem habeat, errare aliquando nec vera cernere, satis est ad confirmandam divinationem semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito cecidisse videatur; D I, 71. cum quis .. , ita esse .., nihil ut; D II, 107.

contineo: furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati; D I, 4.

definio: Chrysippus .. divinationem definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a dis hominibus portendantur; officium autem esse eius praenoscere, dei erga homines mente qua sint quidque significent; D II, 130. ſ. I. est; D II, 13.

dico: sequitur *μαντική* vestra, quae Latine divinatio dicitur, qua tanta inbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut haruspices ... essent colendi; N I, 55. ad quas (notas) adhibita memoria et diligentia et monumentis superiorum efficitur ea divinatio, quae artificiosa dicitur extorum, fulgorum, ostentorum signorumque caelestium; D I, 127. qua (fortuna) sublata qui locus est divinationi? quae a te fortuitarum rerum est dicta praesensio; D II, 19.

do: quibus naturalis divinatio data est; D I, 127.

duco: duxisti .. divinationem omnem a tribus rebus, a deo, a fato, a natura; D II, 27.

efficio: ſ. dico; D I, 127.

explodo: explodatur .. haec quoque somniorum divinatio pariter cum ceteris; D II, 148.

habeo: qui (cygni) non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes, quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur; T I, 73. ſ. confirmo.

impertio: illius (Epicuri) .. deus nihil habeus nec sui nec alieni negotii non potest hominibus divinationem inpertire; vester autem deus potest non inpertire, ut nihilo minus mundum regat et hominibus consulat; D II, 40.

lego: ſ. accipio.

nego: quasi ego artem aliquam istorum esse negem! divinationem nego; D II, 45. quis negat augurum disciplinam esse? divinationem nego: D II, 74.

praeficio: ſ. I. est; D II, 12.

probo: cum sint, qui omnino nullam divinationem probent; D I, 113. ego ... levitate, vanitate, malitia exclusa ‖ exclusam ‖ divinationem probo; D I, 132. ſ. est; A II, 126. D I, 5.

refero: ſ. I. est; D I, 110.

retineo: ſ. I. videtur.

tollo: hic (Epicurus) circumitione quadam deos tollens recte non dubitat divinationem tollere; D II, 40. hac extispicum divinatione sublata omnis

haruspicina sublata est; D II, 42. ſ. 1. est; D I, 5. II, 41. videtur.

tribuo: ut sint di, potest fieri, ut nulla ab iis divinatio generi humano tributa sit; D I, 10.

voco: nullam eorum divinationem voco, ne illam quidem, qua ab Anaximandro physico moniti Lacedaemonii sunt, ut ..; D I, 112. quae est .. aut ubi versatur fortuitarum rerum praesensio, quam divinationem vocas? D II, 14.

2. do: ſ. I. est; D II, 12.

sum: ſ. 1. dico; D II, 19.

3. opus est: ſ. 1. adhibeo.

utor: non .. credo nullo percepto ... eos (artifices), qui divinatione utantur, futura praedicere; Fa 11.

4. accedo ad: quorum omnium interpretes, ut grammatici poëtarum, proxime ad eorum, quos interpretantur, divinationem || divinitatem || videntur accedere; D I, 34.

dico de: ut de naturali divinatione dicam; D I, 37. haec habui, .. de divinatione quae dicerem; D I, 131.

differo a: in quibus animi partibus ... inest coniectura consequentium non multum a divinatione differens; F II, 113.

disputo de: quae a me disputantur de divinatione; D I, 22.

dissero de: cum de divinatione Quintus frater ea disseruisset; D II, 8.

duco a: si Stoicis ... consentaneum est huius modi oracla ceteraque, quae a divinatione ducuntur, conprobare; Fa 33.

iudico de: nobismet ipsis quaerentibus, quid sit de divinatione iudicandum; D I, 7.

praetermitto de: ſ. I. est; D I, 9.

respondeo pro: pro omni .. divinatione idem ... respondebo; D I, 16.

scribo de: de divinatione ingressi sumus his libris scribere; D II, 3.

sentio de: aveo audire, de divinatione quid sentias; D I, 11.

venio ad: de quibus (oraclis) tum dicemus, cum ad naturalem divinationem venerimus; D II, 70.

III. **nach Adjectiv und Adverb:** 1. similis: quae quamquam ex alio genere sunt, tamen divinationi sunt similiora; D I, 13.

2. pariter cum: ſ. II, 1. explodo.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. ars: quas (res) diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret; N II, 166.

auctor: ipse ille divinationis auctor numquam illa dicet facta fortuito; D II, 61.

causa: quod difficile dictu videtur, quae cuiusque divinationis ratio, quae causa sit; D I, 85. fore ut premerere, cum ex te causas unius cuiusque divinationis exquirerem; D II, 46.

coniecturae: fiunt certae || certe || divinationum coniecturae a peritis; D I, 78.

definitio: ſ. 1, I. est; D II, 19.

genus: nec unum genus est divinationis publice privatimque celebratum. nam ... noster (populus) quam multa genera conplexus est! D I, 3. ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum ab iis videretur; D I, 3. Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit, Cratippus ... reliqua divinationis genera reiecit; D I, 5. quod esse clara et perspicua divinationis genera iudico; D I, 10. iis .. adsentior, qui duo genera divinationum esse dixerunt, unum, quod particeps esset artis, alterum, quod arte careret; D I, 34. hanc .. rationem naturae difficile est fortasse traducere ad id genus divinationis, quod ex arte profectum dicimus; D I, 130. artificiosa || artificiosae || divinationis illa fere genera ponebas: extispicum eorumque, qui ..., tum augurum eorumque, qui ..; D II, 26. hoc .. genus divinationis vita iam communis explosit; D II, 86. hoc divinationis genus omittamus; D II, 87.

munus, officium: ſ. II, 1. confirmo. definio.

opinio: ius augurum || augurium ||, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen ..; D II, 75.

oportunitas: mihi .. videntur e locis quoque ipsis ... divinationum oportunitates esse ductae; D I, 93.

pars: ſ. I. est; L II, 32.

ratio: ea .. divinationum ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta est; D I, 90. quae tolluntur omnia, si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur; Fa 11. ſ. causa; D I, 85.

2. libri de: quod .. in aliis libris feci, ... itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut ... explicaretur ..; Fa 1.

res de: maximae res tacitae praeterierunt, de divinatione, de fato; N III, 19.

sententia de: qui (Chrysippus) totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam; D I, 6. etiam mea sponte nimis superstitiosam de divinatione Stoicorum sententiam iudicabam; D II, 100.

V. **Umſtand:** 1. imbui: ſ. II, 1. dico; N I, 55.

moneri: ſ. II, 1. voco; D I, 112.

providere: ſ. II, 1. habeo.

2. in: quid mirum .., si in auspiciis et in omni divinatione inbecilli animi superstitiosa ista concipiant? D II, 81. si quis semel aliquid in divinatione dispexerit || dixerit, al. ||; D II, 108. ſ. II, 1. accipio.

sine: id .. sine divinatione coniectura (haruspices) poterant dicere; D II, 75. ſ. II, 1. confirmo.

divine, durch göttliche Eingebung, herrlich, vortrefflich: appello: divine .. Plato „escam malorum“ appellat voluptatem; C 44.

complector, vito: qui potuit .. divinius et utilitates conplecti maritimas Romulus et vitia vitare quam quod ..? R II, 10.

praedico, praesentio: non modo plura, sed etiam pauciora divine praesensa et praedicta reperiri; D I, 124.

divinitas, Göttlichkeit, göttliches Weſen, göttliche Weisheit: I, 1. declaro: dormientium animi maxime declarant divinitatem suam; C 81.

do: qui (Alcmaeo) soli et lunae reliquisque sideribus animoque praeterea divinitatem dedit; N I, 27.

perspicio: ſ. tribuo; N II, 39.

tribuo: modo .. (Aristoteles) menti tribuit omnem divinitatem, modo ..; N I, 33. errantibus etiam stellis divinitatem (Ponticus Heraclides) tribuit; N I, 34. (Cleanthes) divinitatem omnem tribuit astris; N I, 37. hac mundi divinitate perspecta tribuenda est sideribus eadem divinitas; N II, 39.

2. accedo ad: ſ. **divinatio,** II, 4. accedo ad.

adripio, excipio ex: naturale (genus divinandi), quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate; D II, 26.

II. praeditus: censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum; N I, 120.

III. auctores: placet .. humanitatis expertis habere divinitatis auctores? D II, 80.

IV, 1. cerni: hac .. mentis .. ipsius divinitate ... cerni, quae sint futura; D II, 119.

moveri: sequitur .., ut (sidera) ipsa sua sponte, suo sensu ac divinitate moveantur; N II, 43.

divinitus, durch göttliche Fügung, Eingebung, herrlich: constituo: cum ... equitum peditumque discriptio, tota res militaris divinitus esset constituta; T IV, 1.

facio: quae .. (sortes) ductae ut in rem apte cadant, fieri credo posse divinitus; D I, 34. quid est, cur divinitus ea potius quam casu facta esse dicamus? D II, 67.

includo: inest .. in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus; D I, 66.

divino, ahnen, erraten, vorausſehen, in die Zukunft ſchauen, weisſagen: 1, 1, a. disciplina: solus .. (App. Claudius augur) multorum annorum memoria non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam; D I, 105.

genus: sic existimo, si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus quaeque colimus, esse deos, vicissimque, si di sint, esse qui divinent; D I, 9. duo sunt .. divinandi genera, quorum alterum artis est, alterum naturae; D 1, 11. ea genera divinandi, ut supra dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur; D I, 72. nec .. quicquam aliud adfertur, cur ea, quae dico, divinandi genera nulla sint, nisi quod ..; D I, 85. in optuma quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse; D 1, 95. duo .. genera divinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale; artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; naturale, quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate; D II, 26. restant duo divinandi genera, quae habere dicimur a natura, non ab arte, vaticinandi et somniandi; D II, 100. non ignoro ... te semper ita sensisse, ut de ceteris divinandi generibus dubitares; D II, 101. aut ea quoque genera divinandi sunt, quae tu rectissume inprobas, aut ..; D II, 109.

ratio: primum mihi videtur ... a deo, ... deinde a fato, deinde a natura vis omnis divinandi ratioque repetenda; D I, 125.

vis: nec .. (Panaetius) ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit; D I, 6. is, etiam cum peccet, tamen existumandus sit habere vim divinandi; D II, 108. ſ. ratio.

b. verbal: ut .. sapere, sic divinare regale ducebant || ducebatur ||; D I, 89. nihil .. illis profuisset divinare; D II, 24.

2. alqs: divinare .. morientes illo etiam exemplo confirmat Posidonius, quod adfert; D I, 64. Priamus nonne et Helenum .. et Cassandram .. divinantes habebat, alterum auguriis, alteram mentis incitatione et permotione divina? D I, 89. qui aut arte aut coniectura divinare videantur; D I, 124. non est .., ut mirandum sit ea praesentiri a divinantibus, quae nusquam sint; D I, 128. ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego; D II, 8. num censes eos, qui divinare dicuntur, posse respondere, sol maiorne quam terra sit? D II, 10. ne illa quidem divinantis esse dicebas; D II, 14. ita relinquitur, ut ea fortuita divinari possint, quae nulla nec arte nec sapientia provideri possunt, ut, si quis M. Marcellum illum ... multis annis ante dixisset naufragio esse perituram, divinasset profecto; D II, 14. quod .. is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est; D II, 20. cum mihi quaedam casu viderentur sic evenire, ut praedicta essent a divinantibus; D II, 48. ſ. 1, a. genus; D I, 9.

alqd: est profecto quiddam etiam in barbaris gentibus praesentiens atque divinans; D I, 47.

animus: nec .. umquam animus hominis naturaliter divinat, nisi cum .. solutus est; D I, 113.

deus: cui (deo) reliqui di concessissent, ut praeter ceteros divinaret; T I, 114.

disciplina: quom ... alteri disciplina vestra quasi divinare || divinari || videatur || videantur || posse; L II, 32.

magi: in Persis augurantur et divinant magi; D I, 90.

II. accus. c. infin.: si (Caesar) divinasset fore ut in eo senatu ... trucidatus .. iaceret; D II, 23. ut mihi iam tum divinasse ille videatur .. urbem ... esse .. praebituram; R II, 10. cuius (Q. Maximi) sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam divinarem, id quod evenit, ... fore ... neminem; C 12.

III. alqd: satis est ad confirmandam divinationem semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito cecidisse videatur; D I, 71. ita esse ..., nihil ut ..; D II, 107. permulta conlecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt; D I, 123. quae a dialecticis aut a physicis tractantur, num quid eorum divinari potest? D II, 11. cum illi ipsi, qui ea (somnia) vident, nihil divinent; D II, 147. ſ. I, 2. alqs; D II, 14.

divinus, die Götter betreffend, göttlich, herrlich, erhaben, gottbegeiſtert, weisſagend, Wahrſager, Seher: alqs und masc.: quem .. (Platonem Panaetius) omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat; T I, 79. cum plurimis de rebus divini isti mentiantur; N III, 14. quos prudentes possumus dicere, id est providentes, divinos nullo modo possumus, non plus quam Milesium Thalem; D I, 111. ne Pherecydes quidem ... potius divinus habebitur quam physicus, quod ..; D I, 112. non .. sunt ii aut scientia aut arte divini; D I, 132. num nescio qui ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit, quae alba sint, quae nigra, dicere aut, si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere? D II, 9. nec haec, qui divini habentur, profitentur se esse dicturos; D II, 10. quod quisquam divinorum aut respondere soleat aut consuli, quid bonum sit; D II, 10. haec quoque dialectici dicent, non divini; D II, 11. ad sapientes haec, non ad divinos referri solent; D II, 11. quae .. praesentiri ... possunt, ea non divinis tribuenda putas, sed peritis; D II, 14. Stoici .. tui negant quemquam nisi sapientem divinum esse posse; D II, 129. vide .., ne ... neminem .. divinum reperire possimus; D II, 131. hoc loco Chrysippus aestuans falli sperat Chaldaeos ceterosque divinos, neque eos usuros esse coniunctionibus || conexionibus ||, ut ita sua percepta pronuntient: „si quis“ ..., sed potius ita dicant: „non .. natus est ..;“ Fa 15.

alqd und neutr.: quas (species) mirifice Plato erat amplexatus, ut in iis quiddam divinum esse diceret; A I, 33. in quibus (animis) doctissimi illi veteres inesse quiddam caeleste et divinum putaverunt; F II, 114. quid .. possumus hoc agere divinius? F III, 16. quid est virtute divinius? F III, 76. cum a sensibus profecti (philosophi) maiora quaedam et diviniora vidissent; F IV, 42. qua (ratione) nihil est in homine divinius; F V, 38. hunc (animum) .. nosse nisi divinum esset; T I, 52. quae declarant inesse in animis hominum divina quaedam; T I, 56. Homerus .. humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos. quae autem divina? vigere, sapere, invenire, meminisse; T I, 65. quae sola divina sunt; T I, 66. illud ... caeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est; T I, 66. fr IX, 10. haec magna, haec divina, haec sempiterna sunt; T I, 67. (Cleanthes) nihil ratione censet esse divinius; N I, 37. esse .. divinius, quod ipsum ex se sua sponte

moveatur, quam quod pulsu agitetur alieno; N II, 32. vide .., si omnis motus omniaque, quae certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas quoque febres et quartanas divinas esse dicendum sit; N III, 24. quid hoc somnio dici potest divinius? D I, 58. dixisse te nihil illo Atinati somnio fieri posse divinius; D I, 59. Aristoteles .. eos etiam, qui ... melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atque divinum; D I, 81. quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est? D I, 106. esse divinum quiddam, quod (Socrates) *δαιμόνιον* appellat, cui semper ipse paruerit numquam impellenti, saepe revocanti; D I, 122. illud tamen eius philosophi magnificum ac paene divinum, quod ... aequissimo animo se dixit mori; D I, 124. id ipsum habet aliquid divini, quae cuique hostia obtingat; D II, 38. hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod sit coactum et expressum? D II, 73. quae vetustas est, quae vim divinam conficere possit? quid tam divinum autem quam adflatus e terra mentem ita movens, ut ..? D II, 117. despicientem omnia humana et inferiora sapientia ducentem nihil umquam nisi sempiternum et divinum animo volutare; R I, 28. quid est .. non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra ratione divinius? L I, 22. aliquid se habere sentiet divinum; L I, 59. quom (animus), ... quid divinum aeternumque sit, viderit; L I, 61. mihi quom multa eximia divinaque videntur Athenae tuae peperisse atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius ..; L II, 36. qua (mente) nihil homini dedit deus ipse divinius; O III, 44. nihil .. altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui ..; Lae 32. quo (animo) nihil est praestantius neque divinius; P 14. quae sola divina sunt; fr IX, 10. ſ. res; T IV, 57.

actio: haec oratio non modo deos spoliat motu et actione divina, sed etiam homines inertis efficit; N I, 102.

adflatus: nemo .. vir magnus sine aliquo adflatu divino umquam fuit; N II, 167. quae (oracla) instinctu divino adflatuque funduntur; D I, 34. quae (vis terrae) mentem Pythiae divino adflatu concitabat; D I, 38.

animal: ad procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum esse voluerunt; F II, 40.

animantes: animantium genera .., quorum unum divinum atque caeleste, alterum pinnigerum et aërium, tertium *aquatile*, terrestre quartum .... dedit autem divinis duo genera motus; Ti 35. 36.

animatio: divinae animationis maxime speciem faciebat ex igne; Ti 35.

animus: certe et || nec || deum ipsum et || nec || divinum animum corpore liberatum cogitatione complecti possumus; T I, 51. sive anima sive ignis sit || est || animus, eum iurarem esse divinum; T I, 60. animus ... divinus est; T I, 65. animos praeclarorum hominum ... divinos esse et aeternos; N III, 12. adpropinquante morte (animus) multo est divinior; D I, 63. ex quo intellegitur esse extra divinum animum, humanus unde ducatur; D I, 70. cum .. omnia completa et referta sint aeterno sensu et mente divina, necesse est cognatione || cognitione, contagione || divinorum animorum animos humanos commoveri; D I, 110 divinos animos censent esse nostros; D II, 119. lex .. indicat omnium quidem animos inmortalis esse, sed fortium bonorumque divinos; L II, 27. animos hominum esse divinos; Lae 13. in eo (corpore) influente atque effluente animi divini ambitus inligabant; Ti 47. si ... aeternos animos ac divinos habemus; fr V, 97.

ars: haruspicum ars nonne divina? N II, 12.

artificium: cum artificium effingitis fabricamque divinam; N I, 47.

beneficentia: fuit .. divina beneficentia || beneficientia || dignius ... clariora visa dare vigilanti quam obscuriora per somnum. quod quoniam non fit, somnia divina putanda non sunt; D II, 126.

beneficium: quam (rationem) vos divino beneficio homini solum tributam dicitis; N III, 66.

bonitas: id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur; N II, 60.

bona: dum ... alia .. illa divina (bona) longe lateque se pandant; T V, 76. qui (vir) ista putat humana, sua bona divina iudicat; R III, 40. magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur; O I, 148.

causa: sive ... maior aliqua causa atque divinior hanc vim ingenuit, sive ..; F V, 33.

coetus: o praeclarum diem, cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar! C 84.

cognitio: nisi caelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset; T V, 8.

concilium: ſ. coetus.

conscientia: si mihi eripuisses divinam animi mei conscientiam || constantiam || meis curis ... stare ... rem publicam; P 29.

consilium: ne exaedificatum quidem hunc mundum divino consilio existimo; A II, 126. mente consilioque divino omnia in hoc mundo ... administrari; N II, 132.

constantia: ſ. conscientia.

cura: rationem, consilium, prudentiam qui non divina cura perfecta esse perspicit; N II, 147.

delectatio: huic discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent? T V, 115.

domina: domina rerum, ... eloquendi vis, quam est praeclara quamque divina! N II, 148.

domus: inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam rectorem; N II, 90.

donum: ut donum hoc divinum rationis et consilii ad fraudem hominibus ... impertitum esse videatur; N III, 75. divinissima .. dona aves et formae ab uno pictore uno absolutae die; L II, 45. huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem; C 40.

exordium: sese .. ipse versans (animus) divinum sempiternae sapientisque vitae induxit exordium; Ti 26.

fabrica: ſ. artificium.

febres: ſ. alqd; N III, 24.

figura: in quo (orbe) neque figuram divinam neque sensum quisquam suspicari potest; N I, 28.

forma: quod, quoniam rebus omnibus excellat natura divina, forma quoque esse pulcherrima debeat; N I, 76. non .. illorum (deorum) humana forma, sed nostra divina dicenda est; N I, 90.

furor: si aut furore divino incitatus animus aut somno relaxatus solute moveatur ac libere; D II, 100. quid .. habet auctoritatis furor iste, quem divinum vocatis, ut ... is, qui humanos sensus amiserit, divinos adsecutus sit? D II, 110.

genus: bene meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino; R II, 4. hunc ex maxime raro genere hominum iudicare debemus et paene divino; Lae 64. divini generis appellentur; Ti 41. ſ. animantes.

haruspices: at haruspices divini; D II, 74.

impetus: horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae; D I, 111.

incitatio: ſ. permotio.

inflatus: quae (vis et natura) ... aliquo instinctu inflatuque divino futura praenuntiat; D I, 12,

ingenium: sit ingenio divino; A II, 117. si ad eorum (civium) cognitionem divina illa ingenia transferrem; F I, 7. ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari; T I, 63. singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino ipsene errat? D I, 53. ſ. genus; R II, 2.

instinctus: cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur; D I, 66. ſ. adflatus; D I, 34. inflatus.

inventa: ut (Persaeus) ne hoc quidem diceret, illa inventa esse deorum, sed ipsa divina; N I, 38.

iura: qui (C. Caesar) omnia iura divina et humana pervertit; O I, 26.

lex: Zeno ... naturalem legem divinam esse censet; N I, 36. quae (naturae ratio) est lex divina et humana; O III, 23.

memoria: habuit .. divinam quandam memoriam rerum; A II, 2.

mens: eas (particulas) primum confusas, postea in ordinem adductas mente divina; A II, 118. divina mente atque natura mundum universum atque eius maximas partis administrari; F IV, 12. humanus .. animus decerptus ex mente divina; T V, 38. ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum divina mente se sentiat; T V, 70. modo || tum || mundum, tum mentem divinam esse (Ponticus Heraclides) putat; N I, 34. quod (opus) effectum divina mente videatur; N I, 100. esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam; N II, 18. in his (stellis) vim et mentem esse divinam; N II, 55. efficitur omnia regi divina mente atque prudentia; N II, 80. casune ipse (mundus) sit effectus aut necessitate aliqua an ratione ac mente divina; N II, 88. si mens voluntasque divina idcirco consuluit hominibus, quod ..; N III, 70. audit .. mens divina etiam de singulis; N III, 93. »mente .. divina (Iuppiter) caelum terrasque petessit«; D I, 17. »omnia iam cernes divina mente notata«; D I, 17. eadem .. efficit in avibus divina mens, ut ..; D I, 120. (stellae) divinis animatae mentibus; R VI, 15. parent .. huic caelesti discriptioni || descr. || mentique divinae et praepotenti deo; L I, 23. neque .. esse mens divina sine ratione potest, nec ratio divina non hanc vim in rectis pravisque sanciendis habet; L II, 10. orta .. (ratio) est simul cum mente divina; L II, 10. ut illa divina mens summa lex est, item ..; L II, 11. Pythagoreos ... numquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus; C 78, ratione .. et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est solis et lunae; Ti 29. ut interdum veteres illi sive vates sive in sacris initiisque tradendis divinae mentis interpretes ... aliquid vidisse videantur; fr V, 95. ſ. animus; D I, 110. consilium; N II, 132.

moderatio: mundi divina [in homines] moderatio profecto nulla est; N III, 85.

motus: ſ. alqd; N III, 24.

mundus: ſ. mens; N I, 34.

munus: quod (genus humanum) sparsum in terras ... divino auctum sit animorum munere; L I, 24. ſ. donum; C 40.

natura: omnes .. esse vim et naturam divinam arbitrantur; T I, 30. quattuor .. naturas, ex quibus omnia constare censet, (Empedocles) divinas esse vult; N I, 29. quae sola divina natura est; N I, 96. omnem .. vim mundi naturam divina contineri (necesse est); N II, 30. cuius (Iridis) si divina natura est, quid facies nubibus? N III, 51. ut aurum et argentum, aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi ..; D I, 116. est .. animus ... depressus ... in terram, locum divinae naturae aeternitatique contrarium; C 77. ſ. forma; N I, 76. mens; F IV, 12.

numen: quis .. potest ... non et dies et noctes divinum numen horrere? A II, 121. ut neque divinum numen horreat nec ..; F I, 41. »Graecia quam (cladem) Troiae divino numine vexit;« F V, 49. cum omnes naturae numini divino ... parerent, N I, 22. »hanc (Iovis satellitem) ubi ... conspexit Marius, divini numinis augur«; D I, 106.

opus: (venae, arteriae) vim quandam incredibilem artificiosi operis diviniqne testantur; N II, 138.

pars: quae (pars) in nobis divina ducenda est; F V, 57.

permotio: Priamus nonne et Helenum .. et Cassandram .. divinantes habebat, alterum auguriis, alteram mentis incitatione et permotione divina? D I, 89.

poena: »periurii poena divina exitium, humana dedecus«; L II, 22. non .. recte existimamus, quae poena divina sit; L II, 43. duplicem poenam esse || esse poenam || divinam; L II, 44.

poëta: adiungamus philosophis doctissimum hominem, poëtam quidem divinum, Sophoclem; D I, 54.

praedictio: quis rex umquam fuit, quis populus, qui non uteretur praedictione divina? D I, 95.

praedicta: si ista conprobabis divina praedicta; Fa 13.

praesagitio: cum uterer, qua soleo, praesagitione divina; D I, 123.

praesensio: quid, si etiam ratio exstat artificiosae praesensionis facilis, divinae autem paulo obscurior? D I, 109.

praestantia: propter virtutis caelestem quandam et divinam tantamque praestantiam, ut ..; F V, 95. quo maior est in eis (animis) praestantia et divinior, eo maiore indigent diligentia; T IV, 58.

principatus: modo .. (Theophrastus) menti divinum tribuit principatum, modo caelo; N I, 35.

progenies: quae (antiquitas) quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ..; T I, 26.

providentia: quo (statu ea) cohaerere nullo modo potuerint nisi sensu moderante divinaque providentia; N II, 87. quas (res) divina providentia dicimus constitutas; N II, 98. eius (materiae) .. universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam; N III, 92. non est probabile eam materiam rerum ... esse divina providentia effectam; N fr. 2. isti providentiae divinae materiam praesto esse oportuit; N fr. 2. hunc mundum animal esse, idque intellegens et divina providentia constitutum; Ti 10.

prudentia: ſ. mens; N II, 80.

ratio: dubitamus, quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti divinaque ratione? N II, 97. nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret; N II, 99. ea (συμπάθεια), quo sua sponte maior est, eo minus divina ratione fieri existimanda est; N III, 28. nisi et virtutis et vitiorum sine ulla divina ratione grave ipsius conscientiae pondus esset; N III, 85. ſ. mens; N II, 88. L II, 10. Ti 29.

res: tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti; A I, 9. adhibita .. divinarum humanarumque rerum scientia; F II, 37. sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit. ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat; T IV, 57. quae (sapientia) divinarum humanarumque rerum ... cognitione hoc .. nomen

... adsequebatur; T V, 7. cui (Nationi) ... rem divinam facere solemus; N III, 47. in quo (loco) iudicandum est, quantum auspiciis rebusque divinis religionique tribuamus; D I, 7. cum .. eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret; D I, 74. rebus .. divinis, quae publice fierent, ut „FAVERENT LINGUIS“, imperabatur; D I, 102. qui ... ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur; D I, 111. addunt (haruspices) ad extremum omnia levius casura rebus divinis procuratis; si enim nihil fit extra fatum, nihil levari re divina potest; D II, 25. tum maxume et pietatem et religionem versari in animis, quom rebus divinis operam daremus; L II, 26. illa .. sapientia ... rerum est divinarum et humanarum scientia; O I, 153. sapientia .. est ... rerum divinarum et humanarum causarumque, quibus eae res continentur, scientia; O II, 5. est .. amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia et caritate consensio; Lae 20.

sacerdotes: Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos μάντεις vocant, adhibuerunt; D I, 95.

sapientia: haec est illa praestans et divina sapientia; T III, 30.

sensus: quo modo .. caeli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? N I, 33. ſ. figura. furor; D II, 110.

sidera: quae (sidera) sunt animantia, eaque divina; Ti 36.

societas: vigilantes animi diiungunt .. se a societate divina vinclis corporis impediti; D I, 110.

solium: virtutem in illo divino solio non longe a sapientia conlocare; R III, 12.

sollertia: negatis haec tam polite ... effici potuisse sine divina aliqua sollertia; A II, 120. quam (rem) vos effici negatis sine divina posse sollertia; N I, 53. ut in tantis discriptionibus divina sollertia appareat; N II, 110.

somnia: si ea (falsa somnia) quoque divina, quid inconstantius deo? D II, 127. ſ. beneficentia.

species: cuius (Xenocratis) in libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur; N I, 34.

spiritus: nisi ea uno divino et continuato spiritu continerentur; N II, 19. quod negabas id accidere potuisse, nisi ea (natura) uno divino spiritu contineretur || continerentur ||; N III, 28.

studia: qui (homines) praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt; R VI, 18. ut ista divina studia omittamus; C 24.

supplicium: quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit; L II, 16.

vehiculum: ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit; N II, 89.

vir: quae (controversia) mihi fuit cum avunculo tuo, divino ac singulari viro; F III, 6. quos (circumitus) prospicere inpendentis ... magni cuiusdam civis et divini paene est viri; R I, 45. sequar ... divinum illum virum; L III, 1.

virgula: quodsi omnia nobis ... quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur; O I, 158.

virtus: ut incredibilis quaedam et divina virtus exsisteret; R III, 4. illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes ... desiderat; R VI, 8.

vis: mihi .. ne haec quidem notiora et inlustriora carere vi divina videntur; T I, 64. prorsus haec divina mihi videtur vis; T I, 65. ex ... omni .. pulchritudine virtutis vim divinam mentis adgnoscito; T I, 70. qui (Strato) omnem vim divinam in natura sitam esse censet; N I, 35. rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam (Zeno) putat; N I, 36. ait .. (Chrysippus) vim divinam in ratione esse positam; N I, 39. quorum nihil tale est, ut in eo vis divina inesse videatur; N I, 40. quibus exterriti homines vim quandam esse caelestem et divinam suspicati sunt; N II, 14. illa concitatio declarat vim in animis esse divinam; D I, 80. hoc ... concesso, esse quandam vim divinam hominum vitam continentem; D I, 118. necesse est eam (vim) ... conformari quodam modo numine deorum vique divina; D II, 29. ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam; D II, 35. de vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam divina; D II, 117. aut .. divina vis quaedam consulens nobis somniorum significationes facit, aut ..; D II, 124. intellegendum est nullam vim esse divinam effectricem somniorum; D II, 124. ſ. alqd; D II, 117. domina. mens; N II, 55. natura; T I, 30.

visa: sin vera visa divina sunt, falsa autem et inania humana; D II, 127.

vita: sine corpore animo vigente divina vita est; L fr. 1.

voluntas: ſ. mens; N III, 70.

vox: »ibi ex oraclo voce divina edidit Apollo, puerum ... temperaret tollere«; D I, 42.

divisio, Teilung, Einteilung: I. est: duo placet esse Carneadi genera visorum, in uno hanc divisionem ..; A II, 99. quadripertita .. fuit divisio tua; N III, 6. alia divisio est officii; O I, 8. earum ... rerum, quae noceant et obsint, eadem divisio est; O II, 12.

sequitur: sequitur .. haec prima divisio; F III, 20. sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ..; F III, 55.

II, 1. adhibeo: Carneadia nobis adhibenda divisio est, qua noster Antiochus libenter uti solet; F V, 16.

propono: nunc ad reliquam partem propositae divisionis revertamur; O III, 6.

2. utor: ſ. 1. adhibeo.

3. dico contra, pertineo ad: ea pertinere ad superiorem divisionem, contra posteriorem nihil dici oportere; A II, 99.

III. pars: ſ. II, 1. propono.

IV, 1. finire: cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate; F II, 64.

praetermitti: || in || hac divisione ... duo praetermissa sunt; O I, 10.

2. ex: ex divisione hoc secundum est; D II, 142. qui e divisione tripertita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam; O III, 9.

in: quamquam in hac divisione rem ipsam prorsus probo, elegantiam desidero; F II, 27. quod (genus) in divisione Panaeti || Panaetii || tertium est; O III, 9. ſ. 1. praetermitti.

divitiae, Reichtum: I. 1. adiuvant: ne impediant divitiae, quo minus iuvetur, modo ne adiuvent; O II, 71.

continent: divitias .. Diogenes censet non eam modo vim habere, ut quasi duces sint ad voluptatem et ad valetudinem bonam, sed etiam uti ea contineant, non idem facere eas in virtute neque in ceteris artibus; F III, 49.

faciunt, habent: ſ. continent.

impediunt: ſ. adiuvant.

nascuntur: ex eisdem verborum praestigiis et regna nata vobis sunt et imperia et divitiae et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis; F IV, 74.

permovent: vita mors, divitiae paupertas omnes homines vehementissime permovent; O II, 37.

pertinent: cetera .. pertinere ad id (summum bonum) putant aut adaugendum aut tenendum, ut divitias, ut opes; A I, 21.

sunt: cuius (naturae) divitias Epicurus parabiles esse docuit; F II, 90. naturales divitias dixit parabiles esse; F II, 91. ut etiam divitias bonum esse dicamus; F III, 49. cum divitiae non sint in bonis, nulla ars divitiis contineri potest; F III, 49. qui valetudinem, vires, divitias, gloriam, multa alia bona esse dicant, laudabilia non dicant; F IV, 49. bonum negas esse divitias, praepositum esse dicis; F IV, 73. dicebat plus tribui divitiis a Zenone, qui eas in praepositis poneret, quam ab Aristotele, qui bonum esse divitias fateretur, sed neque magnum bonum; F IV, 73. sint sane ista bona, quae putantur, honores, divitiae, voluptates, cetera; T IV, 66. divitias .. naturae esse parabiles; T V, 93. divitiae, nomen, opes vacuae consilio et vivendi atque aliis imperandi modo dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae; R I, 51. comitas, iustitia, liberalitas (multo magis est secundum naturam) quam voluptas, quam vita, quam divitiae; O III, 24. divitiae (oportunae sunt), ut utare, opes, ut colare; Lae 22. quis ... dubitet, quin in virtute divitiae sint? P 48. ſ. continent.

videntur: roges .. Aristonem, bonane ei videantur haec: vacuitas doloris, divitiae, valetudo; neget; F IV, 69. quae .. videntur utilia, honores, divitiae, voluptates; O III, 43. num quis existat, cui voluptas, cui divitiae (propositae fuisse videantur)? P 12.

